

et alteram medietatem canonicis iam¹ prefatis vel eorum successoribus. Quicumque huius nostri decreti adiutor et defensor fuerit, omnipotentis dei benedictionibus sanctorumque omnium perfruatur et nostra. Qui vero temerarius violator estiterit², perpetuo anathematis vinculo condempitur² et ex parte dei et sanctorum omnium et nostra sit maledictus stando et eundo dormiendo et vigilando, cunctęque maledictiones veteris et nove legis super eum veniant, nisi resipuerit. Ut autem hoc decretum verius credatur et firmitus teneatur, propria manu subter firmavimus. ³Actum in palatium² episcopatus dilapsis iam¹ dominice incarnationis annis mille LIIII^{or}, indictione VII, die quoque mensis madii septimo, feliciter¹ constat, regnante quoque domno [Hein]rico Chonradi filio anno inperii eius nono².

† Adalfredu[s] episcopus manu mea subscripsi.

Ego Petrus filius Adalberti manu mea subscripsi. Ego [T]eg[ri]mo¹ manu [.....]⁴ filius Alberti¹ manu mea subscripsi. Ego Guilelmus filius Iohannis manu mea subscripsi.

[Ge]rardus⁵ notarius et primicerius sanctę Bononiensis ecclesie manu mea subscripsi.

VI. Urkunde eines Kaisers Heinrich.

Kopie aus dem Anfang des 14. Jh. im Libro dalle Asse f. 11 im Kapitelarchiv zu Bologna (B).

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si petitionibus famulorum dei canonice vitam colentium aures⁶ nostre pietatis inflectimus, nobis prodesse non ambigimus. Quapropter noverit omnium fidelium sancte dei ecclesie nostrorumque presentium ac futurorum solertia, quia nos pro timore et amore eterni regis atque anime nostre remedio omnes clericos sancte Bononiensis ecclesie regulariter viventes eorumque successores similiter degentes cum omnibus donationibus, quas umquam acceperunt ab episcopis eiusdem ecclesie et adhuc ab eis vel aliis viris deum timentibus accipere possunt, sub nostre defensionis munde burdium suscepimus precipientes et firmiter inter-

1) Die Lesung dieses Wortes nicht sicher. 2) A. 3) Im Original hier kein Absatz. 4) Dem Raume nach fehlt Schluss dieser Unterschrift, die ganze folgende und Anfang der nächsten. 5) 'Ge' ergänzt nach der anderen Urkunde Adalfreds. 6) 'uires' B.